Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Babilonia seu Babilon urbs preclara in
Chaldea fuit / et si Belus Nembrotides
in babilonia regnavit annis pluribus tamen
regnum parvo ambitu claudebat / hanc ta
men urbem omnes greci et latini historici pariter
et poete ab ipsa Semiramide regina condita re
ferunt aut ampliata / De qua Ovidius / altam
coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem
Muros urbis cocto latere circumdedit harena / pice
bitumine instrato que materia in illis locis pas
sim e terra exestuat ~~hec urbs adeo nobilis fuit
ut Chaldeam tota et Mesopotamia a se babi
lonia dixerat de qua lucanus Cumque superba foret
babilon spolianda tropheis~~ / Josephus dilige
tissimus historiarum scriptor libro ad appionem
alexandrinum grammaticum hos redarguit / inducens
Berosi chaldei auctoritate antiquissimi et verissimi
scriptoris / qui manifestissime ostendit urbem am
pliatam et exornatam ac muro cincta fuisse a
Nabuchodonosor rege longe ante Semiramidem /
Hec tamen ut valerius refert / dum die quadam
circa cultum sui corporis occupata esset / et nunci
aretur illi Babilone defecisse / soluta adhuc altera
parte crinium protinus ad eam expugnanda
cucurrit nec prius decorem capillorum redegit in
ordine / quam tanta urbem in suam potes
tate restituit / Hec urbs adeo nobilis fuit: ut
Chaldeam tota et Mesopotamia a se Babiloniam
dixerat / de qua lucanus / Cumque superba foret babi
lon spolianda tropheis / Huius muri (teste phi
lostrato) in vita appollonii thianei trecen
torum et octuaginta stadiorum circuitum detinebat /
Plinius vero libro historie naturalis sexto: Mu
rorum dixit amplitudine fuisse sexaginta qua
tuor milia passuum / Crassitudine quinquaginta
cubitorum / Altitudine vero quater tantum / Fa
que fuit menibus ac arce persilibus temploque
et arce magnie admirabilis. Nec his conten
ta Semiramis / Ethiopia quoque suo adiecit
Imperio / Indie quoque bellum intulit / quo preter
illam: et Alexandrum magnum nemo intulit
Eversio tandem huius babilonie facta a Ciro
Rege persarum suo loco manifestabitur

Jupiter.

Jupiter primus etheris et
(ut aiunt) celi filius cui
proprium nomen lysania. his dem
temporibus apud Archadiam
magno in precio habitus est / Cum
ob virtutes id preclarissimum
Iovis nomen adeptus est / Is
lysania ex heber filius iudei
iezari origine duxit / Ibi cum
esset ingenii maximi vir /
videretque atticos rudes / besti
alique ferme ritu viventes / ante omnia eis composi
tis legibus illos publico instituto vivere docuit /
Cumque eos ad humanos mores redegisset monuit
eos deos colere ac aras / templa / Sacerdotesque insti
tuit / Et qui feminas ante habebant comunes primus
eos matrimonia celebrare docuit / et multa alia
ostendit eis utilia / Que cum attici silvestres mira
rentur atque commendarent: eum existimantes deum
Iovem vocavere / regemque suum confestim fecere /
Id autem Iovis nomen eidem imposuisse dicunt ad simili
tudinem conformium operationum stelle Iovis planete /
que astrologi dicunt esse natura calidum et humidum
temperatumque / modestum et pacientie observatorem / ac
periculis per paciencia audacem / et alia plura de eo scri
bunt / Sic hii hominis ponderatis moribus et virtutibus ad Io
ve convenire dixerunt / Quem non terrenum: sed celestem virum
arbitrabantur / Quod quidem nomen postquam ab antiquis plane
te et lysanie ipsi concessum est / Etiam multis aliis con
cessum fuit / scilicet Iovi secundo celi filio / necnon et Iovi
tercio cretensi regi Saturni filio / Multosque filios et
filias veteres ascribere consueverunt / Quorum pri
ma minerva. Secundus apis / Tercius Sol / Quarta di
ana / Quintus mercurius. Et septem alios